

## 28.

*Probst Petrus, Prior Heinrich genannt Jageboch und der Convent zu S. Thomas zu Leipzig eignen den Nonnen 5 Juchert vor der Stadt, welche Heinrich genannt von Zeitz zu erblichem Rechte besessen und ihnen aufgegeben hat.*

**Leipzig, 1289 Juli 26.**

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiu Leipzig Kasten 84. An Pergamentstr. die SS. des Probsts Petrus und des Capitels 5 von S. Thomas.*

*Ann.: Auffallend ist die Angabe ‚XVI. Indiction‘. Die Indictionszahl für das Jahr ist II.*

Quoniam secundum varietatem temporum mutatur hominum memoria, ideo necesse est ut gesta et facta hominum scripturarum | testimonio roorentur. Hinc est quod nos Petrus dei gratia prepositus sancti Thome in Lipze, dominus Henricus prior | dictus 10 Jageboch totumque capitulum ejusdem ecclesie notum facimus universis et presentibus publice protestamur, quod | v jugera vel paulo plus ante civitatem Lipze, que Henricus dictus de Ziz a nobis jure hereditario tenuit et in manus nostras libere resignavit, ecclesie sanctimonialium ante civitatem Lipze contulimus omni jure quo nos habuimus perpetuo possidenda, volentes ut dicta ecclesia eadem jugera jure proprietatis possideat in futurum. 15 Et ne eidem ecclesie in dictis bonis aliquod prejudicium in posterum valeat generari, ipsi in testimonium dari jussimus presens scriptum sigillorum nostrorum munimine roboratum. Datum Lipze in claustro sancti Thome anno domini M. CC. LXXXIX, vii. kal. augusti, xvi<sup>o</sup> indictionis. Hujus rei testes sunt dominus Jo[hannes] de Holzhusen, Conradus de Stedelen, Johannes Crisch, Baltwinus, Henricus capellanus, Conradus de Burnis, Johannes de 20 Lipze, Henricus de Brunswich, Johannes Haul, Johannes cellerarius, Henricus de Wizenuelsch, Helwicus, hii sunt sacerdotes ecclesie sancti Thome, Henricus de Lobene, Fredericus de Olskwiz et alii fide digni.

(S.)

(S.)

## 29.

25

*Bischof Heinrich II. von Merseburg urkundet, daß Heinrich von Zeitz ein Stück Wald bei dem Nonnenholze dem Kloster zu Begehung seines Jahrgedächtnisses unter gewissen Festsetzungen überwiesen hat und bedroht die diesen Verfügungen zuwiderhandelnden Klosterpersonen mit dem Kirchenbanne.*

**Horbürg, 1289 Nov. 27.**

*Hilschr.: Or. Perg. Rathsarchiu Leipzig Kasten 84. Das S. des Bischofs an Pergamentstr.*

30

Nos Henricus dei gratia Mersburgensis ecclesie episcopus universis hanc litteram inspecturis volumus | esse notum, quod Henricus de Cyce cupiens provide extreme mes- sionis sue diem bonis operibus | prevenire silvam, que silve dominarum monasterii sancti- monialium extra muros civitatis Lipzensis proxime | adjacet, propria sua pecunia eidem monasterio comparavit, ut a dominabus ibidem in anniversario die obitus ipsius memoria 35